



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev
Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum**

Arles y Andosilla, Martin de

Romæ, 1559

Quaeritur vnde daemones sciant futura interdum & vnde tam miros
effectus facere possunt; assignantur caus[a]e.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29941

TRACTATVS

quibus Deus concedit iratus quod dene-
garet propitiis. Tertio ut sic sub spe-
cie boni apparentis plures simplices fa-
cilius recipiant; qui tacta diuinis rebus
& orationibus à Deo putant etiam ali-
quid numinis obtulisse; vbi solum ma-
iora peccata sunt commissa; hęc ille.
In aliis autem superstitionibus que fiunt
ab istis ruralibus; & si dēmones non ex
presso inuocentur ut in proposita que-
stione & similibus interserunt tamen se
vanis actibus & superstitionis ut mentes
hominum decipientur.

Quæritur vnde dēmones sciant fu-
tura interdum & vnde tam miros
effectus facere possunt; af-
signantur causę.

Sed quæritur ex quo isti phitones &
diuni manifestant occulta aut fu-
tura; & hoc ex pacto inito cū dē-
mone. Vnde & quibus ex causis dēmo-

nes sciant futura interdū ; & vnde tam
miros effectus possunt cū Deus permittit
efficere . Ad quam respondet Augusti-
nus de natura dēmonū assignando sep-
tem causas sententialiter : non quod fu-
tura contingentia sciant ; quia hoc se-
lius dei est ; sed coniecurant probabili-
ter . Prima ; quia licet sint obtenebra-
ti per priuationem luminis gratiæ . Sūt
tamen lucidi lumine intellectualis natu-
ræ . Secūda plura sciūt quam nos pro-
pter experientiam temporū . Tertia
propter celeritatem motus . dēmones
multa futura predicere possunt que ho-
minibus latent . Quarta sua potentia ;
cū deus permittit possunt morbos im-
mittere ; & hos prædicere . Quinta per
signa futura possunt prædicere subtilius
quam medicus videndo pulsum & vri-
nam . Nam sicut medicus videt per sig-
na aliquid in infirmo quod homo sim-
plex non videt . Ita & dēmon quod nul-
lus homo naturaliter videt . Sexta ; ex

TRACTATVS.

signis, quæ procedūt ab animo hominis,
coniecturant ea quæ sunt vel erūt in ani-
ma astutius prudenti viro. Sciūt enim
qui instinctus eorum sunt similiter secu-
turi. Septima: acta & scripta prophe-
tarum noscūt: ex quibus futura predi-
cere possunt. Et hēc tangūtur. xxvi. q.
iii. c. sciendum. in glossā. Et ut dicit san-
ctus Thomas vbi supra Homines in se-
ip̄sis effectus considerare possunt solum
dum sunt presentes, sicut homo videt
sortem currere vel ambulare: sed con-
siderare huiusmodi in seip̄sis antequam
fiant est Dei proprium qui solus in sua
eternitate videt ea quæ futura sunt qua-
si presentia: vnde dicitur Esaïe. xli. An-
nunciate quæ ventura sunt in futurum
sciemus: quia dii estis vos. Si quis
huiusmodi futura prenunciare aut
precognoscere quocunq; modo
presumpserit: nisi Deo reue-
lante manifeste usurpat si-
bi quod Dei est.